



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Avinionensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

ANDEGAVENSIA.

649

Matus nobilissimo & amplissimo viro, HENRICO
RANZOVIO, serenissimi Daniæ Regis Consilia-
rio, & in Holsatio Legato, Domino hæreditario in
Bredenberg & Drakenburg, &c.
Patris nempè fortissimi genuinâ virtute filius,
Familiæ columen, patriæ lumen,
Equitum sub Comite Basson pierro Magister,
Dum secunda Christianissimo Regi Galliarum
Stipendia meret, & fugatis hostibus, rariori
comitatu, castris longius abscedit,
Naturæ debitum latronum sceleri persoluit,
Et mortalis corporis mortales exuias cum stola
cœlesti commutauit;
Eas per magistratum horum locorum honorificè
collectas,

Et postea à nobilissimo viro Andrea Plessio co-
gnato cognitas,

Mœrentes amici huic tumulo mandauère.

Patriâ procul, patre procul,

Procul sepulchris paternis.

An hoc ille infelior?

Non est, non est, viator.

Cur?

Fortibus & p̄ys omne solum,

Vt patria est, ita sepulchrum.

Et hoc si didivisti

Viator; abi.

AVINION'ENSIA.

IN PALATIO PAPÆ.


CLEMENS V. Pontif. absens electus an-
no CIC.

no CIC. CCC. v. Romanam Curiam Lugdunum
transtulit.

IN D. FRANCISCI.

D. O. M. & memoriae æternae D. LAURAS
cūm pudicitia tum forma fœm. incomparabilis,
qua tamdiu vixit, vt eius memoria nunquam ex-
tingui possit: R. R. veterum monumentorum po-
rigrini indagatores, D. Christophorus de Alle-
gre Eques Lusitanus, & D. Antonius di Prat. præ-
tor Parisiensis, & Gabriel Simonius Florentinus
euδοξίας χρήματα, 4. Idus April. 1558.

Sola manet virtus, cætera mortis erunt.



RHEMIS.

IN MONASTERIO
S. REMIGII.

Nomine non merito præsul HINCMA
RVS, ab antro
Te lector tituli, quæso memento mei:
Quem grege pastorem proprio Dionysius olim,
Rhemorum populis, ut petiere, dedit.
Quique humilis magna Rhemensis tegmina plebit
Rexi pro modulo: hic iam modo verme voror.
Ergo animæ requiem nunc, & cum carne resumpta
Gaudia plena mihi hæc quoq; posce simul.
Christe cui clemens famuli miserere fidelis:
Sis pia cultori sancta Maria tuo.
Dulcis Remigi sibi met deuotio proficit;

Quid